I. N. J. C.

Theses,

quas,

Affulgente divina Gratia,

Consentiente Max. Ven. Consist. Eccles.

eruditorum censuræ

pro

Examine Pastorali

publice submittit

N. J. EKDAHL,

a Sacris, Corr. Regiæ Acad. Litt. Hum. Hist. & Antiquitatum etc.

Die XIV Junii MDCCCXXXIII.

In Aud. majori h. a. m. s.

LUNDÆ,

TYPIS EXCUDIT C. F. BERLING,

UNIVERSITATIS TYPOGRAPHUS.

MDCCCXXXIII.

Th. I.

Verba הנני מפתח פתחה נאם יהוה in Zach. III: 9, non spectare: diuinam sed humanam Christi naturam, puto.

Th. II.

Eas perfectiones, quæ a Theologis ad obedientiam Christi activam annumerantur, non tam fuisse innatas quam acquisitas ex Luc. II: 52. Phil. II: 7, 8. & Ebr. IV: 15 patet.

Th. III.

Quapropter eos, qui Christum magis ut deum, quam hominem opus perfecisse redemtionis, præsumunt, maxime errare & quasi sibimetipsis recludere novam illam & vivam viam, de qua commemoratur in Hebr. X: 20, Contendo.

Th. IV

Vocabulum ἅδης, quod occurit in Luc. XVI: 23 & nonnullis alliis locis N. T. vertendum est orcus, ubi damnati æternis dantur suppliciis; non obstante Actor. II: 27, 31.

Th. V.

Si res ita se habet, non est dubitandum, celeberrimum illum Jung Stilling, in iis, quæ de ἅδῃ tradiderit, vehementer errasse.

Th. VI.

Cum hæc pestifera doctrina, nostris in terris, summo studio & amore ab hominibus cujuscumque conditionis & ætatis excipitur, maxime verbi ministris, ut pastoribus gregis Christianæ, enitendum, ne indies invalescat & majorem efficiat stragem quam ipse paganismus.

Th. VII.

Ceterum motus religiosi nostri temporis, præsertim per septemtrionalem Speciæ partem & totam fere Norvegiam, potius, ut arbitror, tamquam reditus ad verum sincerumque Lutheranum Christianismum, quam ut schisma nocivum, sunt considerandi.

Th. VIII.

Quamquam a prioris sæculi pietismo hi motus commode recteque diriventur, tamen in resistendo erroribus Socinianorum tantam vim evolverunt, ut ne eos interdum in contrarium devenisse miremur.